



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 91. Solimanus II. Successor, ac Turcarum Imperator

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Secul. XVI quendis, prudentia in regendis populis,
A.C. 1520 ac temperantia in vitae suae ratione ex-
celluit.

§. XCI.

Solimanus II. Successor, ac Turcarum Imperator.

Paul. Jov. Fuit autem Selimi obitus Christianis ubique gratissimus, non solum ex eo, *Leuncl. l. 17.* quod soluti viderentur terrore ejus armorum, verum etiam quod Filium Solimanum relinquaret Successorem rerum fatis *Bosius hist.* *Hospit. tom. 2. lib. 18.* imperitum, & miti ac placido, ut ferebat *Artus contin.* *Chalcond.* *Thomas Raynald an. 1520. n. 86.* tur, ingenio prædictum. Ea tamen in re quantum decepti fuerint, res ipsa postmodum ostendit: Ipse enim merito præclarissimis Tuncici Regni Sultanis accensendus, gravia adhuc Christianæ Religioni damna inferebat. Hunc Selimus suscepserat ex Bosphorani Regis de Circassa stirpe oriundi filia: tum annum ætatis circiter trigesimum agebat, cum a Ferhate Bassa, qui solus Selimo morienti adstiterat, de obitu patris Manissæ, quæ Joniae urbs est, certior redderetur, ipse vero fraudem a patre suo adornatam subesse veritus, non ausus est loco se movere, donec a ceteris quoque Bassis de viso Selimi corpore exanimi certus omnino fieret. Tum vero protinus Constantinopolim accessit, ubi ante omnia funeri pater-

no

ne justa persolvit. Interea Gazelles Sy-Sæcul. XVI.
riæ Præfector, olim ex Ducibus Sultani A. C. 1520.
Ægyptii unus, cum percepisset mortem
Selini, seditionem concitavit, magnam-
que Ægypti partem ad sua studia pertra-
xit, verum a Solimano apud Damascum
cum Mammalucherum reliquiis ipsi ad-
hærentibus prælio cæsus est; sic Soli-
manus, cum pacts cum Ismaale Perse-
rum Rege inducijs nullum alium in A-
sia haberet hostem, totus in eo erat, ut
arma in Christianos converteret, prout
mox perspiciemus.

§. XCII.

*Eraldus seu Erardus de Marca a
Leone X. Cardinalis
creatus.*

Cum Carolus V. cunctis, qui quovis pa-
sto ad suam electionem concurre- Ciccon. in
bant, grati animi signa dare, eosque be- Leon. X. tv. 3
neficiis cumulare summopere conaretur, Chapeauvill.
haud oblitus erat Eradi de Marca natio- de Episc.
ne Germani, cui luculentum gratitudinis Leod.
suæ argumentum exhibebat; Præter- Mem. du
quam enim, quod eum Valentiae in Hi- Bellai liv. x.
spania Archiepiscopum nominaret, tan-
tum auctoritate sua apud Leonem X. ef-
fecit, ut hic illum, eumque unicum hoc
anno Cardinalium Collegio adscriberet,
adjecto titulo Ecclesiæ ad S. Chrysogo-
num.